



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

DE VICARIIS.

Cap. X.

S V M M A R I V M.

- 1 Vicariorum diversa genera, alij à lege, alij ab homine.
- 2 Vicariorum à lege species quot, & quales. Papa qualis potestas, ibidem. Episcopi Apostolorum vices gerunt, ibidem. Presbyteri in quorum locum successerint, ibidem. Capitula cathedralium, sede episcopali vacante vices gerunt Episcopi, ibidem. Archidiaconi, quando sint Vicarij Episcopi, ibidem. Archipresbyteri cathedralium etiam dicuntur Vicarij nati, ibidem.
- 3 Vicarij facti hominibus alij spirituales, alij temporales.
- 4 Spirituales, alij perpetui, alij ad tempus.
- 5 Perpetui, qui. Vicarius Urbis, qualis, & cuius officium, ibidem. Quae portio est assignanda Vicariis perpetuis, ibidem.
- 6 Vicarij temporales, qui. Vicarij foranei, quam potestatem habeant, ibidem.
- 7 Capitulum mortuo Episcopo in spirituali, & temporali jurisdictione succedit, ibidem. Fallit in pluribus, ut infra. Capitulum mortuo Episcopo, debet constituere Vicarium generalem, vel constitutum confirmare, ibidem.
- 8 Vicarius generalis à capitulo, sede Episcopali vacante, deputatus regulariter habet eandem jurisdictionem, quam Vicarius Episcopi habebat. Fallit id primo in concessione litterarum dimissorialium, ibidem. Secundo in executione litterarum Apostolicarum delegatarum Vicario generali Episcopi, ibidem. Tertio in collatione beneficiorum, ibidem. Quarto in cognitione causarum Vicario Episcopi delegatarum, ibidem. Quinto in delegationibus collationum beneficiorum, dispensationum, absolutionum, monitorialium, & aliarum gratiarum Apostolicarum, ibidem. Sexto in commissionibus causarum, ibidem. Septimo in jurisdictione feudali, ibidem. Octavo in irregularitatibus, & suspensionibus ex delicto occulto provenientibus, ibid. Nono in casibus occultis Sedi Apostolicae reservatis, ibidem. Decimo in visitatione, ibidem. Undecimo in correctione.
- 9 Appellatio seu querela non retardat executionem eorum, quae sunt decreta in visitatione eorum, & quae sit auctoritas

tas Episcopi in visitatione.

- 10 Vicarii generales Episcoporum unum, & idem sunt cum Episcopo, & cum eodem consistunt animum, & idem tribunal.
- 11 Vicarius generalis primum locum obtinet post Episcopum.
- 12 Vicarius Episcopi legitima generali facultate suffultus, regulariter potest exercere omnia, quae Episcopus potest, & honorandus, prout honoratur Episcopus.
- Fallit tamen in pluribus, & primò in consecratione Episcoporum, ibidem.
- Secundò fallit in consecratione, & administratione Sacramenti chrisimatis.
- Tertiò in consecratione ecclesiarum, & altarium, & benedictione calicis.
- Quartò in consecratione olei sancti.
- Quintò in collatione ordinum.
- Sextò in correctione capitulorum.
- Septimò in degradatione ordinatorum.
- Octavò in reconciliatione ecclesiae pollutae.
- Nonò in concessione indulgentiarum.
- Electus in Episcopum potest exercere, quae sunt jurisdictionis, non autem, quae sunt ordinis, ibidem.
- 13 Vicarius Episcopalis creari debet in spiritualibus, & temporalibus generalis.
- 14 Facultas conferendi beneficia sub generalitate verborum non comprehenditur.
- 15 Vicario generali, ut amplam habeat facultatem, quibus verbis litterae vica-

riatus sint extendendae.

- 16 Facultas dispensandi, dimissorias concedendi, & examinandi.
- 17 Facultas visitandi, & contra delinquentes procedendi.
- 18 Facultas casus reservandi, & absolvendi.
- 19 Facultas Synodos celebrandi, causas cognoscendi, & sententias promulgandi, atque exequendi.
- 20 Facultas penas moderandi, & beneficia conferendi.
- 21 Facultas beneficia uniendi, dismembrandi, & ex causa fundationis, vel dotationis, ius patronatus reservandi.
- 22 Facultas fidelitatis, & alia iuramenta recipiendi, ac infeudandi, & caducitates declarandi.
- 23 Facultas rationes, & computa videndi, & revidendi.
- 24 Litterae vicariatus sine testium presentia non probant.
- 25 Vicarii temporales plures.
- 26 Dux Sabaudiae est Vicarius perpetuus Imperatoris.
- 27 Appellationes ad tribunal Imperiale interponendae ad tribunal Ducis Sabaudiae interponi debent.
- 28 Dux Sabaudiae, & successores in Ducatu sunt Vicarii Imperatoris.
- 29 Dux Sabaudiae in suis dominis omnia potest, quae potest Imperator in universo.

Quoniam Vicarii generales Episcoporum cum Episcopis unum, & idem tribunal, & consistorium representant, post plura de potestate Episcoporum, de Vicariis tractandum videtur. † Vicariorum varia, & diversa sunt genera constituta, quorum principalia duo sunt, alii sine factò hominis ab ipsa lege, alii factò hominis constituti, ut distinguit Marant. de ord. judic. par. 4. d. 5. in princip. num. 6. & Sbroz. de Vic. episc. q. 3. n. 1, & 2, lib. 1. † Vicarii siue hominis fa-